MAGNUM LEGENDARIUM AUSTRIACUM (PARS III: 1.5. 1.7.)
Melk, 1458 Seite 209v
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36452
Copyright: Melk, Benediktinerstift



plorando oculi mei. ⁊ caliginem ob
ducite fundentes flumina lacrimarum:
ne videam cedi gladio: quos dum virga
levis tangeret tremui. dum tristantes
leviter viderem expavi. Igitur dum hec
⁊ talia senior ageret: ecce ⁊ amborum co
iuges cum natis proprijs veniunt. ⁊ a
spectibus eorum proprios infantulos offe
rentes. has eiulantes voces emittunt.
Quibus nos servituras relinquitis? Qui
bus coniugij vestri traditis caritatem? Qui
putatis erunt horum infantum domini? ⁊ do
morum vestrorum avidissimi pervasores?
Qui erunt vestre occupatores familie?
vel quis ibi dives vestris vernaculis quos
nutristis? Heu quam ferreo. heu quam
impio crudelitatis genere parentes de
spicitis. amicos respuitis: uxores abici
tis. filios abdicatis. ⁊ vos ipsos carni
fici ultroneos exhibetis. Interea dum
ista dicuntur ⁊ illa referuntur. inter uxorum
lacrimas ⁊ suspiria filiorum ceperunt
milites xpi mollescere: ⁊ animos suos
flectere ad dolorem. Huic spectaculo ut
superius diximus. inter erat sanctus sebastianus
vir per omnia christianissimus. quem occultabat
militaris habitus. ⁊ clamidis obumbra
bat aspectus. At ubi vidit athletas dei
immenso certaminis pondere fatigari. in
medio eorum se obiciens dixit. O fortissi
mi milites. o instructissimi divini pre
lij bellatores: per nimiam virtutem for
titer pervenistis ad palmam: ⁊ nunc per
misera blandimenta coronam deponi
tis sempiternam? Discat nunc per vos mi
litum xpi fortitudo: fide potius arma
ri quam ferro. ~~Cuius quam vis seva contra~~
~~vos extiterit~~ Nolite victoriarum ve
strarum in signia mulierum blandimento
abicere. ⁊ subiectas pedibus vestris hostis

de victi cervices ad rediviva iterum
bella laxare. Cuius quam vis seva contra
vos extiterit. ⁊ per quam iniqua instan
cia: sevior tamen efficitur ira repetita.
Erigite igitur a terrenis affectibus tropheum
vestri certaminis gloriosum: ⁊ nolite il
lud amittere fletibus parvulorum. Isti quos
plorantes attenditis. gauderent hodie
si potuissent scire quod nostis. Putant
enim quod ista vita sit sola: que si finem
inciderit. nulla vitalis anime porcio
corpore deficiente valeat remanere.
Si enim scirent esse alteram vitam. igna
ram mortis tristicie nesciam. in qua immor
talitas regnat: ⁊ perpetua gaudia com
morantur. profecto ad illam vobiscum fe
stinarent pertingere. ⁊ istam vitam pro
nichilo computantes. illam appeterent
que in exultacione permanet: ⁊ penitus
finiri non novit. Ista enim vita fugitiva
est ⁊ tam infidelis. ut nec amatoribus
suis fidem potuit custodire. Abori
ente mundi in se credentes fefellit. omnes
se expectantes decepit: cunctos de se pre
sumentes irrisit. ⁊ ita nullum omni
no certum reddidit. ut omnibus probetur
fuisse mentita: atque utinam solius
mendacij culpe esset obnoxia: ⁊ per omnia
crimina currere suos non cogeret ama
tores. Ipsa edacitatem glutonibus.
ipsa ebrietatem ingerit temulentis:
ipsa naufragium pudoris adulteris. ipsa
execrabilem tradit perversitatem incestis:
ipsa ammonet furem ut rapiat. ira
cundum ut seviat. mendacem ut fallat.
ipsa inter coniuges divorcia seminat.
inter amicos discordias. inter pacificos
lites: inter iustos iniusticiam. inter
fratres scandala. Ipsa tollit iudicibus
iusticiam. castis pudiciciam. artibus